

11.

M. cas V. cum animi sui prudentia, pietatiq; consentaneam
fecisse videtur, cum D. Joannem Tarnowski epum
Posnaniensem ad episcopatum Wladislaviensem trans-
ferendum curavit; neq; enim est dubitandum, quin
hac ratione ipsi ecclesia optime sit consultum. Jam
vero postq; negotium in Vrbe confectum est, aliam
quoq; mihi occasionem dari expectabo, qua solita
mea erga M. cas V. observantia valeam respondere.
Interim illi a Deo omnia felicia evenire cupio. Roma.

XXIIII. Junij M. DC.

M. cas Vra

Dilectissimus Servitor
Adamus

Sereniss. Principi Sigismundo tertio
 Poloniae et Sueciae Regi

Illi

Responsoria a Gmünd

